

# TRIBUNAL DIOCESANUM SUCCURSEN. ET SANCTI AEGIDI\*\*

## NULLITAS MATRIMONII EX AMENTIA (PSYCHOSIS MANIACO-DEPRESSIVA)

### I.—SPECIES FACTI

Invisente Maria, 28 annorum, suum amicum Iosephum qui 24 annum iam adimpleverat eo fine ut sibi auxilium praestaret ne Mariae frater in carcerem detruderetur Iosephus puellae matrimonium proposuit tamquam conditionem ad imploratum auxilium praestandum. Hoc modo praedicti iuvenes die 5 iunii 1957 ad nuptias convolarunt, quin antea amasii fuissent nec de matrimonio inter se contrahendo unquam antea cogitaverint.

Iosephus cum sua uxore haud sero in urbem Bogotensem migravit, et cum in domum rediret Mariam dure percussit. In carcere primo detrussus est, at postea in amentium nosocomio detineri debuit.

Post mensem a matrimonio contracto, nempe die 10 iulii 1957 matrimonii nullitas a conventi patre fuit denuntiata. Deinde vero, die 13 eiusdem mensis Maria matrimonii nullitatem accusavit ex capite defectus consensus ob amentiam. Causa lentissime processit praesertim ob negligentiam tum actricis tum curatoris conventi, usque dum hic a morbo recuperatus instavit pro celere solutione ipsius.

Nunc causa a nostro Tribunal solvenda sub hac dubii formula proponitur:

“UTRUM CONSTET DE NULLITATE MATRIMONII IN CASU OB CAPUT DEFECTUS CONSENSUS EX AMENTIA”.

### II.—IN IURE

Quamvis Codex Iuris Canonici (eodem modo ac multi Codices Civiles) insaniam neque inter matrimonialia impedimenta neque matrimonialis consensus vitia directe comprehendat, indirecta tamen sufficienter innuit amentiam a valido matrimonio ineundo arcere. Nam ad normam canonis 88/3, qui rationis usu habitu sunt destituti infanti assimilantur. Et canon 1982 loquitur de causis defectus consensus ob amentiam.

Canonica doctrina et ecclesiastica iurisprudentia hucusque, inde ab ipsis Decretalibus, amentiae vim ad matrimonium invalidandum in consensus defectu collocavit. Innocentius III in celebri Decretali “Dilectus”, Opizum a

\* Socorro y San Gil (Colombia). Sentencia ofrecida por el Ilmo. Sr. D. José Miguel Pinto Gómez, Provisor de dicha diócesis.

Rufina separari decrevit eo quod "propter alienationem furoris legitimus non potuerit intervenire consensus" (Ed. FRIEDBERG, c. 24 X, IV, 1). Quod intelligendum est non solum de alienatione furiosa sed etiam de quieta, teste Glosa: "Saepe enim furiosi sunt constituti in conspectu umbratae quietis, nec tamen sunt mentis sanae, licet videantur".

Nuperrime tamen tum doctrina (P. A. D'AVACK, *Cause de nullità e di divorzio*, I, 1952, pag. 116-118; *Corso di Diritto Canonico*, I, 1959, pag. 163-164) tum iurisprudentia Sacrae Romanae Rotae (Coram MATTIOLI, 6 Nov. 1956. Cfr. J. R. KEATING, "The Jurist", 1962, pag. 406-411) defectum discretionis iudicii tanquam impedimentum dirimens explicare conati sunt. Hoc impedimento moralis impotentiae nucupato, inhabiles ad valide nubendum sunt qui, ob defectum debitae discretionis matrimoniali contractui proportionatae, singula iura et officia essentialis assumendi incapaces sunt. Quamvis lucido intervallo forte contraxerint (Cfr. J. R. KEATING, *Chicago Studies*, 1963, *Separata*, pag. 38).

Sive ut defectus consensus sive ut impedimentum dirimens discretionis defectus intelligatur, matrimonium iure naturae invalidum est.

Doctrina canonica et iurisprudentia circa amentiam paucis verbis sic exprimi potest.

*Amentes* strictu sensu dicuntur qui circa omnia insaniunt? *dementes* vero qui circa unam vel alteram rem tantum. Relate ad rem hanc dementes amentibus aequiparantur.

Amentiae plures gradus dantur, nam generatim morbus non statim apparet sed evolvitur sensim sine sensu. Amentes plene et perfecte sunt qui rationis usu habitu destituuntur. Antes rationis usum, licet debilem, retinent.

En principia circa influxum amentiae in matrimonii validitatem:

Ut amentia iure naturae matrimonium invalidum reddat requiritur:

1.<sup>o</sup> Ut sit *actualis*, seu in actu celebrationis matrimonii. Nam amentia solum antecedens, cum iam cessaverit, nequit illud dirimere; et amentia solum consequens, cum matrimonium iam existens inveniat, non potest illud dissolvere. Solummodo amentia *actualis* quae loco actus voluntarii actum involuntarium a causis pathologicis productum ponit, matrimonium irritat. Si amentia tantummodo apparuit aliquod tempus post matrimonium hoc mente sana celebratum fuisse praesumitur; at si aliquod tempus ante matrimonium iam existebat, praesumitur amentiam in celebratione perseverasse. Si tamen amentia sese manifestat immediate post matrimonii celebrationem, praesumitur esse antecedens, non consequens. Et probata amentia antecedenti et subsequenti, etiam amentia concomitans iure admittenda est. Excipitur casus quo matrimonium lucido intervallo celebratum demonstretur. Intervalla vero lucida in quibusdam morborum mentalium formis, c. gr., in idiotismo vel imbecillitate, omnino excluduntur; in aliis vero formis possibilia sunt. Sed mentis discretio ad matrimonium in his contrahendum est bene probanda. Probata amentia, in dubio utrum matrimonium tempore amentiae an lucido intervallo initum fuerit, censemur contractum amentiae tempore.

2.<sup>o</sup> Ut sit *in ordine ad matrimonium*. Hoc cum agitur de dementia seu monomania, nam amentia omnes actus humanos afficit, et invalidos reddit. At probata insania, amentia totalis praesumitur usque dum dementia partialis probetur; atque hac demonstrata, in ordine ad matrimonium praesumitur usque ad contrariam probationem.

3.<sup>o</sup> Ut sit amentia *plena et perfecta*, seu in gradu matrimonio proporcionata. Hoc verificatur cum contrahentem maturitatem iudicij matrimonio proporcionata privat. Ad hac iudicij maturitatem completa et perfecta mentis sanitatis minime requiritur, nam absque illa multi contractus validi habentur. Nec contra requiritur illa iudicij discretio quae ad assumendum religiosum statum est indispensabilis, nam in his ad quae ipsa natura inclinat tantus rationis vigor non est necessarius. Maturitas illa iudicij exigit haec:

- a) Ut contrahens haud ignoret essentiale naturam, fines, atque essentiales proprietates matrimonii;
- b) Ut in eliciendo matrimoniali consensu ea deliberatione utatur quae ad committendum lethale peccatum est necessaria;
- c) Ut praeter deliberationem ea iudicij discretione seu evaluativa cognitione gaudeat ad matrimonii naturam atque implicationes dignoscendas quae matrimonio proportionatae dici queant, ea nempe quae iuxtra ordinariam experientiam generatim in iuvenibus physicam maturitatem seu pubertatem adeptis invenitur.

Quod si haec deficiant atque defectus certo demonstratur, matrimonium invalidum ob defectum consensus est declarandum.

(Cfr. P. A. D'AVACK, *Cause di nullità*, l. c.; Corso, l. c.; CONTE A CORONATA, *De Sacramentis*, vol. III, 1946, n.<sup>o</sup> 437-440; PICKETT, *Mental affliction and Church Law*, 1952, pag. 144-147; CASTAÑEDA DELGADO, E., *La locura y el matrimonio*, 1955, pág. 43-56; VAN OMMEREN, W. M., *Mental illness affecting matrimonial consent*, 1961, pag. 88-140; 224-226).

*Psychosis maniaco-depressiva* est species quaedam amentiae in quadam perturbatione indolis essentialiter consistens. Nam morbus evolvitur per accessus vel phases sive maniae sive melancholiae sive normalitatis periodice alternantes inter se.

*Formae praecipuad hae sunt:*

- a) Simplex mania (mania et normalitas inter se alternantes);
- b) Simplex melancholia (melancholia et normalitas);
- c) Psychosis circularis continua (mania et melancholia alternantes absque lucido intervallo);
- d) Accessus maniaco-depressivi cum lucido intervallo;
- e) Psychosis alterna (mania, intervallum, melancholia).

*Synthemata fundamentalia accessus maniaci haec numerantur:*

1) *Euphoria.* Aegrotus fit alacer, hilaris, loquacior. Seipsum sentit velut renatum, sanum, validumque ut numquam antea. Conditio eius optima est. Omnes eum diligunt atque ille omnes amat. Eius aspectus iuvenilis, motus vero gratosi et securi apparent. Fascinatione mundi circundantis ita captus evadit ut dies non sufficient ad tantam pulchritudinem admirandam. In praeterito tantummodo gratas recordationes; in praesenti praevisas realitates splendidas; in futuro vero miras perspectivas cernit. Maximi se ipsum putat, ac delirio magnitudinis correptus, de se gloriose et iactanter loquitur et ingentia proposita molitur. Ille plene beatus est.

2) *Psychomotoria excitatio.* Est praecipua nota distinctiva maniae. Aegrotus continue loquitur, saltat, clamat, cantat, perpetuo movetur, nihil intactum relinquit. De domo in domum pergit; litteras ad omnes scribit; res inutiles acquirit; in negotiis de quibus nihil scit sese immiscet; itinera arripit, et integros dies in lupanaribus, scandalis atque ebrietatibus terit.

3) *Idearum fuga.* Ideae praecipitanter affluunt easque absque nexu logico vel nexus mere apparenti exponit. In cogitando et loquendo continuo distrahitur inter secundarias occurrentias quae sese succedunt et impediunt ut ad propositum finem perveniat.

(Cfr. O. BUMKE, *Nuevo tratado de enfermedades mentales*, 1946, pág. 350 ss.; J. WYRSCH, *Psiquiatria forense*, 1949, pág. 161 ss.).

*In accesu melancholico e contra indeoles deprimitur, functiones intellective lente procedunt, inhibentur, atque activitas motoria relaxatur.*

Morbus *evolvitur* per phases plus vel minus diurnas quae ut tales cessant sed postea redeunt, et aliquando chronicae evadunt. Accesum duratio pendet ab aetate: ante trigesimum annum per 6 menses generatim producuntur; post illam aetatem 8.6 mense perdurant. (C. FERRIO, *Psichiatria clinica e forense*, vol. I, 1959, pag. 608).

*Hypomania* est forma quaedam mitior maniae classicae. Eius characteres fundamentales sunt: euphoria, excitatio ad actionem, verborrea, versatilitas, facilitas qua amittitur idearum associatio. Aegrotus contra morem suum indecenter iocatur, clamitat, bona sua dilapidat, ineptiatur, obscena patratur graviterque irascitur. (WEYGANDT, *Psiquiatria forense*, 1950, pág. 318-319).

*De influxu psychosis maniaco-depressivae in matrimonium haec valent:*

"The emotional disturbances cause, or are associated with, incapacity for fixing attention, for taking account of reality, for following a line of thought and reasoning out an idea. These people are overhasty in their actions and are influenced in them by irrelevant and unimportant factors. They have a very unsound optimism, are given for delusions of grandeur, mistake plans for facts, hopes for realities, are easily aroused and led by impressions, though they do not take any of them seriously. The man suffering from true melancholia is the exact opposite. His activity is paralyzed... Whether suf-

fering from manic excitement or from melancholic depression, the patient loses touch with reality, becomes self-centered but in a manner quite different from the autistic behavior of the schizophrenic—and accordingly incapable of forming correct judgements. Intellectual capacity, indeed, is not impaired, but the material presented to the intellect is neither sufficiently prepared by the sensible cognitive faculties nor does it correspond to the truth, being falsified by the abnormal mood" (R. ALLERS, *Annulment of marriage by lack of consent because of insanity: in "The Ecclesiastical Review"*, 1939, n.º 4, pag. 336-337).

"En los grados extremos, tanto de la manía como de la melancolía, todos los autores están de acuerdo en conceder la inimputabilidad de una manera absoluta, ya que estos enfermos son incapaces de darse cuenta del valor real de sus actos y, sobre todo, de inhibirlos. Las formas de menor intensidad, sobre todo en la fase maníaca, pueden considerarse inimputables por completo, o, por lo menos, con imputabilidad notablemente disminuida, sobre todo por la incapacidad de inhibición" (CONDON Y LÓPEZ SANZ, J., citado por CASTAÑEDA DELGADO, o. c., pág. 236).

In specie quoad levem excitationem haec adnotat TANZI a S. Romana Rota citatus: "Ma per quanto lo stato di eccitamento sia lievi, il malato non è mai padrone della propria volontà e dei propri atti, ne è ingrado di discernere nettamente e completamente la realtà è di valutarla essatamente perché è incapace di riflessione, è tra l'idea e l'azione non vi è tempo necessario per una meditata ponderazione" (S. Romana Rota, Deciss. 30 iul. 1940, coram Cajazzo, N. 23. Vol. 32, pag. 626).

Idem nunc tenet C. FERRIO: "Nel valutare l'imputabilità dei maniaci è degli ipomaniaci si dovrà prendere in considerazione specialmente il particolare comportamento della volontà di questi soggetti. Questo è caratterizzato da eccessiva facilitazione della formulazione dei motivi, da un rapido cambiare del punto dell'attenzione e da una inevitabile esclusione dei contromotivti. E pertanto reso praticamente impossibile o molto difficile l'autodominio. Perciò, specialmente se si tratta di soggetti giovani che non hanno ancora fatto esperienza delle possibili conseguenze del loro stato morboso, si potrà ammettere che l'imputabilità è esclusa. E invece grandemente scemata se il soggetto è classificabile tra gli ipomaniaci... Per quanto riguarda il campo giudiziario civile hanno importanza dal punto di vista psichiatrico-forense quasi soltanto i casi di mania molto lieve. L'ottimismo, la faciloneria, la sconsideratezza è l'intraprendenza di questi soggetti fanno sì che essi facilmente si mettano in imprese pazzesche, facciano contratti disastrati, prendano iniziative commerciali imprudenti, come pure cadano vittime dell'altrui malfede. Anche un matrimonio balordo combinato è contratto affrettamente può essere la conseguenza della faciloneria è della spensieratezza ipomaniache. Lo stesso si dica di certi testamenti i quali tradiscono la mentalità ipomaniaca del loro autore. I matrimoni ed i testamenti di questo genere sono sicuramente da considerarsi nulli" (*Psichiatria clinica e forense*, vol. II, 1959, pag. 564).

Igitur omnes auctores admittunt psychosim maniaco-depressivam, cum agitur de gravibus accessibus, aegrotum incapacem ad matrimonialem consensum eliciendum reddere, ex eo quod tunc autodominium excluditur vel valde difficile fit. Quod etiam a quibusdam gravibus auctoribus ad casus levis maniae vel hipomaniae extenditur.

*Iurisprudentia Sacrae Romanae Rotae* matrimonium in casu psychosis maniaco - depressivae invalidum dumtaxat habet si haec duo simul adimplentur:

1.<sup>o</sup> Ut matrimonium contractum fuerit durante accessu maniaco vel melancholico;

2.<sup>o</sup> Ut accessus ad talem gravitatem pervenerit ut deliberationem sufficientem ad matrimonialem consensum praestandum non sinat.

(Decis. 13 febr. 1913, coram Lega; 24 aprilis 1931 coram Grazioli; 30 iulii 1940, coram Cajazzo; 12 aprilis 1943, coram Canestri).

Haec bene fundata sunt. Nam ut ait psychiatria J. E. GOWAN, inter unum et alium accessum psychosis maniaco-depressivae subiectum est intellectualiter capax validas decisiones capiendi. Excipitur forma illa morbi quae typus circularis vel circularis insania nuncupatur, nam in illa aegrotus ab uno accessu maniaco ad alium accessum depressivum transit, nullo lucido intervallo interposito, ita ut morbus semper in acuto statu inveniatur. At ceteris in casibus, cum peculiaris nota huius morbi in recurrentia lucidorum intervalorum posita sit —quod bene notandum est— minime sufficit demonstrare contrahentem ante matrimonium psychosi maniaco-depressiva affectum fuisse. Necesso omnino est demonstrare synthomata psychosis gravis gradus in ipso momento celebrationis matrimonii extitis, vel saltem fere inmediate ante et post nuptias (*Fundamentals of Psychiatry in relation to the Ecclesiastical Tribunal*: in "The Jurist" 1956, pag. 258-259).

### III.—IN FACTO

In casu nostro:

1) Certo constat *Iosephum, contrahentem, ante matrimonium, psychosis maniaco-depressiva affectum fuisse.*

A) Ipsi consanguinei et amici concordes sunt in asserendo *Iosephum ante nuptias in insaniam incidisse tanquam consectorium alicuius accidentis automoviliarii.*

Audiatur in primis eius pater *Horatius*: "Hasta 1955 no hacía negocios malos. La volcada fue el 29 de mayo de 1955. Después de la volcada, cuando empezó a salir en muletas, comenzó a emborracharse (antes no se emborrachaba), y a hacer malos negocios. Por ejemplo, compraba un carro (y esto varias veces: unos 25 automóviles), v. gr., en \$ 10.000.00 ó en \$ 6.000.00, y al mes los vendía por la mitad. El comportamiento era sumamente malo

(antes no era así). Yo no podía reprenderlo en forma alguna porque un día me desafió a pegarme. Le dio por amenazar a los hermanitos a matarlos. Tuvo intenciones de suicidarse él mismo... Antes de la volcada era muy correcto; después de la volcada comenzó a hacer de todo: se iba a casas de mujeres malas, se embriagaba y con frecuencia me llamaban por teléfono para avisarme que se estaba manejando mal y yo tenía que ir a llevarlo a la casa a la fuerza" (Fol. 21, 6/7).

Similiter *Vicentius*: "El (José) tenía un negocio frente a la Rada... y un buen día estaba con sus tragos y se fue en su carro particular para el Km. 4 y se despeñó... De ahí lo sacaron para la clínica donde duró privado y demente como unos 15 días... El recibió una fractura en el cráneo y otra fractura en la pierna. Después duró enfermo como unos cuatro meses, aunque el conocimiento sí le volvió, pero a veces se desviaba en el ejercicio de su raciocinio. Esto fue antes del matrimonio. Como consecuencia de este fracaso él perdió toda su fortuna, primero porque dejó eso en manos de empleados poco escrupulosos y luego él daba órdenes descabelladas desde la cama. El matrimonio lo realizaron como un año después del accidente. Durante este tiempo yo pude observar que él no estaba bien de la cabeza, que algo anormal le había quedado, v. gr., coger un avión expreso para ir a Barranquilla a ver un partido y la cantidad de malos negocios que hacía... Creo llegó a tener un capital de unos ochenta a cien mil pesos" (Fol. 45, N. 3/4).

Nec aliter eius soror *O.*: "Antes del accidente (José) era comerciante. Sí, tenía éxito en sus negocios. Sí, se mostraba correcto y equilibrado... Como consecuencias patológicas (del accidente) le quedaron, a veces ánimo exaltado en todo sentido, y a veces un estado deprimente. De ahí en adelante los negocios fueron desmejorando... Manifiesto que aparentemente, ante personas que no le conocían, aparecía como una persona sana" (Fol. 52, n. 4-6).

Concordat *Iosephus Vincentius*: "Sí quedaron en él consecuencias patológicas (del accidente), por ejemplo chifladuras, desnudarse en público y maldición de sus muebles y enseres domésticos. Como consecuencias mentales, desequilibrio e irresponsabilidad. A mi parecer es loco con locura incipiente, sobre todo cuando está bajo la influencia del alcohol" (Fol. 56).

*Heli* haec affirmat: "(Después del accidente) tenía una verdadera fiebre de negocios, pero hacía muchos negocios malos... Cuando estaba en el almacén llevaba una vida muy licenciosa, y además vivía poniendo denuncias por lo cual ya no le hacía caso nadie... Antes del accidente... hacía muchos negocios, le iba muy bien en los negocios... se mostraba muy correcto en las relaciones sociales" (Fol. 65).

*Lux* haec addit: "En la clínica de Bucaramanga lo trajeron y salió de allí, pero luego empezó a manifestar impresiones de que todo el mundo estaba armado y de que lo iban a matar; a las personas a quienes más quería, como a su padre y a su hermana, las buscaba armado de cuchillo; nos hizo llevar a la cárcel a su esposa y a mí por imputaciones falsas; a mí me golpeó con

una de las muletas con que andaba... Hacía negocios en grande, pues sufría como un delirio de grandeza de plata... A consecuencia de su estado mental, sufrió luego una quiebra en sus negocios" (Fol. 78).

Frater vero A. haec dicit: "Las consecuencias de este accidente fueron de una devaluación de las facultades de mi hermano hasta el punto de que tuvo que ser despedido de su representación en el negocio porque ya no manejaba éste con la eficiencia de antes; con mi hermana y yo mismo nos hicimos cargo de él y lo internamos en la clínica de alienados de Bucaramanga. Así mismo nos hicimos cargo del negocio, pues éste iba en la ruina por el absoluto manejo de irresponsabilidad con que lo estaba manejando mi hermano José. Todo esto fueron consecuencias del accidente y los médicos le pronosticaron dificultades posteriores si él tomaba alcohol, mandato de abstinencia que él no guardó. En esta situación de irresponsabilidad duró cerca de año y medio" (Fol. 82/83).

B) *Medici psychiatrae Iosephus Franciscus Socarras, Germanus Saavedra, Humbertus Roselli, Andreas Didier et Andreas Roselli*, qui in nosocomio vulgo "Instituto Colombiano del Sistema Nervioso. Clínica de Montserrat" aegrotum Iosephum curaverunt, die 28 novembris 1956, haec scripsérunt:

"Los suscritos médicos, después de estudiar cuidadosamente la historia clínica y los exámenes complementarios que se le han hecho al señor José, conceptúan:

1.º Que el señor José padece en la actualidad de un síndrome psicótico depresivo.

2.º Que el síndrome actual es la culminación de un proceso post-traumático que ha dado lugar:

a) A una confusión mental.

b) A un estado hipomaníaco, con trastornos graves del comportamiento, y que

c) Ha desembocado en la situación depresiva mencionada...

Consideramos el caso de pronóstico reservado" (Fol. 8).

Unus ex his psychiatris, nempe doctor *Humbertus Roselli*, in sua depositione die 23 octobris 1961 coram Tribunal Bogotensi facta, casum sic clarius explicavit:

"Conozco a José... desde octubre de 1956. Lo he tratado en mi condición de psiquiatra. La primera vez lo atendí en octubre de 1956, en Bucaramanga; luego desde noviembre de 1956 a febrero de 1957 lo tuve bajo mi cuidado en la Clínica de Montserrat en esta ciudad de Bogotá. Lo examiné nuevamente en abril de 1957... Lo traté para un estado de enajenación mental que se presentó bajo la forma de una psicosis post-traumática... Desde octubre de 1956 hasta marzo de 1957, tiempo en que yo lo traté, estuvo incapacitado mentalmente, a excepción de unos treinta días, a partir de su salida de la

clínica —salió de ella el 3 de febrero del 57— en que pareció que reasumía sus labores en buenas condiciones de mejoría, pero al poco tiempo se comprobó que esta mejoría no era estable. En mi concepto, su rehabilitación mental en ese corto lapso de tiempo no fue completa. En la época en que traté al señor José en Bogotá, se hizo un estudio completo de sus condiciones neurológicas y psiquiátricas, y se encontró que, como secuelas del traumatismo cerebral, sufrido año y medio antes, presentaba atrofia cerebral difusa y un estado crónico de psicosis post-traumática, bajo la forma clínica de psicosis maníaco-depresiva, en que alternaban sin interrupción, las épocas de euforia con las de depresión y abatimiento. Hago notar que tanto en unas como en otras, se notaba en el señor José una pérdida del juicio crítico, del sentido de la realidad, y una falta de comprensión en cuanto a su responsabilidad... Un pronóstico reservado (podía hacerse cuando él salió de la clínica) por la posible recurrencia en él de sus mismos estados patológicos y por la imposibilidad de esperar una recuperación total de la atrofia cerebral” (Fol. 73, n. 3, 4, 6, 7, 8).

Depositio haec facta a psychiatria magnae auctoritatis, qui contrahentem usque ad tertium mensem ante matrimonium pertactavit, maximi momenti est. Nam ex illa clarissime appareat:

- a) Tertio ante matrimonium mense psychosim contrahentis nondum cessasse spemque curationis valde remotam esse.
- b) Morbum pertinere ad typum circularis insaniae in quo lucida intervalla omnino excluduntur.

c) Psychosim facultates mentales contrahentis graviter perturbare.

Concordat omnino votum psychiatrae *Octavii Villar* qui aegrotum tum ante nuptias tum post nuptias qua medicus a curatione pertractavit: “En el año de 1956 exactamente concurrió a la consulta gratuita en el Instituto. Este muchacho fue catalogado por mí desde un principio como un maníaco-depresivo... Hubo pérdida de su capacidad de raciocinio, amnesia y trastornos de la emotividad... El perdió totalmente la autocritica y por consiguiente no era responsable de sus actos... En mi concepto cuando el paciente salió de la clínica estaba perturbado mentalmente. Mal pronóstico... Yo se lo advertí claramente a la familia y entiendo que él siguió con su manía en la casa” (Fol. 40-41, n. 4, 7, 8).

C) Peritus a Tribunali designatus, nempe Professor *Gulielmus Uribe Cualla*, conclusiones praedictorum medicorum qui infirmum antea visitaverant, totaliter admissit. Nam dicit:

“Este certificado expedido en una junta médica, teniendo en cuenta la historia clínica del caso, y los exámenes complementarios del paciente, por facultativos de la mayor prestancia científica, y reconocidos psiquiatras, de vasta experiencia y prestigio, demuestra con toda certeza que el señor José sí padecía de una psicosis depresiva de origen traumático cráneo-encefálico, desde antes del 5 de junio de 1957, ya que el certificado lleva fecha 28 de

noviembre de 1956 —es decir, siete meses antes de dicha fecha—. Lo mismo la declaración del muy conocido y experimentado psiquiatra de Bucaramanga doctor Octavio Villar... también lo demuestra ampliamente” (Fol. 98-99).

2) Pariter certo constat *contrahentem Iosephum post nuptias eadem psychosi maniaco-depressiva adhuc laborasse. Ergo de eius curatione momento celebrationis matrimonii sermo esse non potest.*

Actrix Maria haec deponit: “Ya al día siguiente al matrimonio yo empecé a notar el cambio: rarezas, empezó a hablar de un viaje para Estados Unidos y a otro momento decía que era para Venezuela. Nosotros nos fuimos para Bogotá donde él dilapidó lo que llevaba y yo tuve que pasar tres días sin comer. El día del Corpus (19 jun.) me pegó, fracturándome la nariz, dándome dos patadas en la cabeza. Había cogido con la obsesión de que yo lo iba a matar... Hoy está en un manicomio” (Haec dicebat in libello, die 13 iulii 1957 oblato). Ergo 38 dies post matrimonium maritus in frenocomio iam detinebatur, quia pro familiaribus periculosus erat.

*Horatius*, conventi pater haec dicit: “Como a los cuatro días del matrimonio vino don Eliecer para nombrar nuevo gerente, y José no lo atendió. Se fue con la mujer para Bogotá, como si no hubiera sido dependiente de don Eliecer... Después del matrimonio cada uno cogía para su lado. No se veía que andaran (Sic) como un par de esposos... Al principio del matrimonio ambos se mostraron formales, pero él vivía hablando siempre disparates” (Fol. 21 versum, n. 16, 19, 20). “Vuelto a Bucaramanga (José) se puso a pelear con los hermanos y le pegó a una hermana, y lo llevaron al Permanente y de ahí al manicomio donde actualmente se halla” (Haec die 10 iulii 1957 dicebantur, ergo 35 dies post matrimonium) (Fol. 1).

Concordant testes *Ofelmina et Lux* (Cfr. fol. 53 et 78 versum, respective).

*Professor Uribe Cualla* peritus a Tribunal designatus, omnibus testimoniis inspectis, haec asserit: “Puede concluirse con toda certeza que el citado señor José sí padecía de la misma psicosis después del 5 de junio de 1957” (Fol. 103).

3) Certo constat *contrahentem Iosephum in ipso actu celebrationis matrimonii psychosi maniaco-depresiva affectum fuisse. Aliis verbis, constat matrimonium in intervallo lucido non fuisse celebratum.*

A) Hoc iam a quibusdam testibus asseritur. Actrix Maria dicit: “En el Permanente él rogó que lo pusieran de nuevo en manos del psiquiatra porque se había puesto a tomar y se sentía otra vez malo. Me contó el papá que ya antes del matrimonio, días antes del matrimonio, tenían la orden o boleta para internarlo en San Camilo porque había cometido una cantidad de locuras” (Fol. 18 versum). Si ergo transacto primo mense post matrimonium iam contrahens in frenocomio erat, et de illo in frenocomio recludendo iam aliquot dies ante matrimonium cogitabatur, praesumendum est momento matrimonii insaniam exstitissee.

*Conventi pater* idem declarat: "Salió de la clínica de Montserrat el 28 de noviembre de 1956. De allá salió muy formal, iba a Misa, piadoso, así duró unos cuatro o cinco meses y después volvió a dejarse convencer de los amigos y comenzó a tomar trago; al emborracharse volvió a darle el ataque y comenzó de nuevo a querer matar a los demás. Entonces fue cuando se encontró con María y se casaron. Tenía como unos dos meses de estar en este estado cuando contrajo el matrimonio... Después que salió de Montserrat José pudo continuar sus negocios normalmente. Duró de febrero hasta abril perfectamente bien. En abril principió nuevamente a tomar... En esos días que antecedieron al matrimonio, lo mismo que el día del matrimonio y los días que siguieron, José se hallaba completamente desviado" (Fol. 21 versum; n. 10, 11, 16).

Similiter testis *Lux*: "En los días del matrimonio, José estaba loco. Es verdad que, al conversar con él, parecía una persona normal, pero sus actos eran los de un anormal, por ejemplo, golpeaba a las personas con las muletas, las denunciaba falsamente y buscaba a las personas que lo rodeaban para matarlas" (Fol. 78 versum, n. 7).

*Immo, ipse parochus qui matrimonio adstitit* quique pro validitate matrimonii strenue decertavit, indirecte insaniam confirmat, nam ait: "Uno de los testigos me informó que la novia era mujer de vida airada (*disoluta*) y más aún que había estado en el barrio de lenocinio de Barrancabermeja. Entonces yo llamé a solas al novio, nos sentamos en un escaño de la plaza debajo de un arbolito y le dije: ¿Cómo piensa Ud. casarse con una muchacha que ha corrido la verbena? El con toda calma y lucidez mental me respondió: Precisamente por eso (*vida alegre*): la he querido desde niño y quiero quitarle esa mancha de su vida honrándola con el matrimonio" (Fol. 121, n. 4). *Cum Iosephus et Maria amasii non fuissent nec de celebrando matrimonio antea cogitaverint, verba haec denuntiant optimismum maniacum quo infirmus ad agendum rapitur.*

B) *Medici vero qui infirmum tractaverunt et peritus a Tribunalis designatus de concomitantia insaniae cum matrimonio nullum dubium relinquunt.*

Audiatur psychiatra *Octavius Villar* qui infirmum paucis diebus post matrimonium visitavit: "Alrededor del matrimonio tuvo un período bajo esta influencia maníaca. Para mí ese individuo se casó en circunstancias psíquicas anormales, perfectamente anormales" (Fol. 41, n. 10).

Concordat psychiatra *Humbertus Roselli* (Fol. 73, n. 6, 10). Eius verba, partim supra apparent, partim infra apparebunt.

Unde peritus Professor Urive Cualla sic concludit: "A mi modo de ver estos conceptos de especialistas que lo estuvieron tratando (a José) y observando antes y después del matrimonio verificado el día 5 de junio de 1957, y que pudieron hacer el diagnóstico de una psicosis maníaco-depresiva de origen post-traumático, son muy fundamentales para demostrar con evidencia, que el citado señor José en ese día estaba sufriendo de la psicosis ya mencionada. Existen desde luego también múltiples declaraciones de per-

sonas profanas que desde otro punto de vista vienen a confirmar el diagnóstico de los profesionales citados en cuanto a que en ese día el señor José padecía de una grave psicosis" (Fol. 101).

4) Constat tandem *psychosim qua afficiebatur Iosephus momento celebrationis matrimonii tam gravem esse ut eum incapacem criticae discretionis ac recti iudicii redderet.*

Audiantur psychiatrae qui eum curaverunt et peritus a Tribunalis designatus, nam hac in re responsum tutum ac certum nonnisi a peritis dari potest:

Iamvero psychiatria *Humbertus Roselli* hoc modo loquitur: "Considero que (el señor José, el día 5 de junio de 1957) no era capaz (de comprender lo que era el matrimonio), por la deficiencia de sus capacidades mentales, en especial del sentido crítico, del juicio de la realidad, y por la ausencia del sentido de responsabilidad, propios del estado de enajenación en que lo veíamos observando. Creo que sí se hallaba entonces en el caso de haberlo declarado en interdicción judicial" (Fol. 73 versum, n. 10).

Similiter psychiatria *Octavius Villar* haec tradit: "El duró un lapso de tiempo muy largo en que no era capaz de acto responsable, porque estuvo un largo tiempo bajo el imperio de su psicosis... El motivo de su irresponsabilidad era porque estaba enfermo, había perdido sus facultades mentales y estaba en estas circunstancias porque continuaba el proceso de su enfermedad maníatica, él no se había curado todavía. El 5 de julio de 1957 estaba en condiciones plenas de ser declarado en interdicción judicial... Quiero ser muy enfático y científicamente se puede demostrar que el hombre en el momento del matrimonio estaba fuera de sus facultades mentales" (Fol. 41, n. 10-12).

Peritus a Tribunalis designatus, *Professor Uribe Cualla* concordat omnino, nam ait: "En mi opinión, dado que aparece demostrado que el día 5 de junio de 1957 —fecha del matrimonio cuya nulidad se solicita— el señor José padecía de una crisis correspondiente a una de las etapas de una psicosis maníaco-depresiva, conceptúo que en ese día dicho señor era absolutamente incapaz para celebrar un contrato matrimonial que requiere pleno consentimiento: y es evidente que en una psicosis de esta naturaleza no existe una libre voluntad para consentir ya que no es posible querer aquello que no se conoce. Y aquí en este caso específico el consentimiento matrimonial estaba esencialmente viciado por deficiencia del entendimiento que se presenta siempre en estos enfermos mentales. En un estado psicótico de esta naturaleza no existe la autocrítica necesaria para valorar la trascendencia de un contrato de esta calidad, ni en su misma esencia ni en sus graves consecuencias, de responsabilidad y obligaciones contractuales" (Fol. 104).

Omnibus quae antecedunt bene perpensis haec asserere possumus:

Quamvis Iospehus tempore celebrationis matrimonii haud ignoraret naturam, fines et proprietates essentialies matrimonii, attamen nec deliberatio-

ne ad lethaliter peccandum requisita nec iudicii discretione matrimonio proportionata tunc gaudebat:

- a) Ex impossibilitate figendi suam attentionem ad deliberandum;
- b) Quia futilibus motivis ducebatur quin ad contraria motiva attendere posset;
- c) Quia contactum cum realitate perdiderat;
- d) Quia morboso optimismo rapiebatur;
- e) Quia autodominium pro ipso vel impossibile vel valde difficile erat.

Ita bene explicari videtur quod: a) Ille qui ante psychosim \$ 100.000 in suis facultatibus congererat, post psychosim totum illud patrimonium in absurdis negotiis dissipasset; b) Ille qui ante psychosim optimas nuptias repulerit (fol. 31, n. 11), post psychosim nuptias contraxerit de quibus ipse frater atricis ait: “ese matrimonio resuelto de la noche a la mañana era una locura” (Fol. 65 versum, n. 7).

Nunc praecipuis difficultatibus a Vinculi Defensore oppositis respondendum est:

*Prima difficultas.* Non constat de gravi accessu morbi nam neque actrix, nec vir Heli qui sunt testes familiares, nec Parochus mentalem perturbationem conventi animadverterunt. Iamvero, praesertim Parochi testimonium multum valet, nam est testis omni exceptione maior cui multa adhibenda est fides. (Decis. S. R. R. coram Cerro).

*Responsum.* Haud mirum quod praedicti testes mentalem perturbationem haud animadverterint. Maria et Heli, quia psychosis fuit consecutarium accidentis automobilarii quod die 29 maii 1955 locum habuit, et testes hoc tempore aegrotum non viderant. Ait María: “Hacía dos años antes del matrimonio que nosotros no nos veíamos” (Fol. 7, n. 2); Heli vero addit: “Ignoro si en esos días gozaba él de pleno uso de sus facultades, pues hacía tiempo que no nos veíamos” (Fol. 65 versum, n. 7). Ad Parochum quod attinet conventum ante nuptias numquam viderat (Fol. 121, n. 2), et de illo dicendum est: “El párroco podrá atestigar que examinó al contrayente y le encontró capaz; en la testificación del *hecho del examen* puede merecer una fe plena, ya que se trata de un testimonio en favor de un acto hecho por el mismo por razón de su oficio; pero no le corresponde esa fe plena en cuanto a la testificación de la *capacidad de los contrayentes*, ya que se trata de algo difícil en lo que no es perito” (E. CASTAÑEDA DELGADO, *La locura y el matrimonio*, 1955, pág. 118). Unde idem auctor, post allegatam a Viculi Defensore S. Romanae Rotae citationem addit: “Sin embargo, la Rota está muy lejos de conceder al testimonio del párroco una fe plena en este género de causas” (L. c.). Ceterum testes familiares qui cum aegroto vivebant de mentis perturbatione absque dubio deponunt. Ita conventi pater (Fol. 21 versum, n. 10, 11), conventi frater (Fol. 84, n. 7), etc. Immo etiam Lux (Fol. 78 versum, n. 7) amentiam tempore coniugii asserunt.

*Secunda difficultas.* Conventus non erat in gravi accessu nam, teste María, Iosephus, nocte quae matrimonio anteccesit, a bibendo vino abstinuit, consiliis medicorum obtemperans, ne potus ipsi noceret.

*Responsum.* Iosephum a vino abstinuisse ne eius abnormalitas adverteatur, est deductio postea a Maria facta. Sed contra stat haec declaratio conventi: “En los días en que llegó ella (María) había (yo) tomado trago seguido. Cuando salí de la clínica de Montserrat, el Dr. Roselli me dijo: No tome trago y no esté con mujeres. Y precisamente eso era lo que yo hacía” (Fol. 31, n. 15). Quod a conventi patre hoc modo confirmatur: “Al emborracharse volvió a darle el ataque y comenzó de nuevo a querer matar a los demás. Entonces fue cuando se encontró con María y se casaron... Duró de febrero hasta abril perfectamente bien. En abril principió nuevamente a tomar” (Fol. 21 versum, n. 10, 11).

*Tertia difficultas.* Peritus Professor Uribe Cuella dicit: “Conceptúa que en ese día (del matrimonio) dicho señor (José) era absolutamente incapaz de celebrar un contrato matrimonial” (Fol. 104). Iam vero in hodierno statu legislationis canonicae, probatio per peritos *circa quaestionem facti* (num perturbatio mentalis exstiterit et in quo gradu) unice versari debet. Unius iudicis est definire an actus positus ab aegroto uti invalidus habendus sit.

*Responsum.* Ad normam iuris vigentis “peritorum opera utendum est quoties ex iuris vel iudicis praescripto eorum examen et votum requiritur *ad factum aliquod comprobandum vel ad veram alicuius rei naturam dignoscendam*” (can. 1792). Quapropter peritus cum teste congruit quatenus de facto a se viso et ipse deponit; at differt a teste quatenus peritus factum interpretari debet, ad normam scientiae vel artis suae iudicium emittendo. Quo in postremo munere in functione iudicis participat ita ut sit auxiliator iudicis in materia peritiae suae. (Cfr. MONTAIGNE, *Expertise “Dictionnaire de Droit Canonique”*, vol. V/53, col. 703; B. de LANVERSIN, *L’information canonique des médecins “L’Année canonique”*, vol. IV, 1956, pag. 66-67). His inspectis dicere possumus: Psychiatra circa validitatem vel nullitatem matrimonii alicuius aegroti, ad normam iuris canonici, qua talis, dare non potest nec votum iurisdictionale quia non est iudex, nec votum doctrinale quia non est canonista. At si iudex requisita canonica pro valido matrimonio celebrando ipsi recte explicavit, ipsum interrogare potest ut dicat: Num prae oculis habitis expositis, peritus aestimet aegrotum tempore celebrationis matrimonii validum consensum emitendi capacem fuisse vel non. Quodsi eadem interrogatio proponatur haud explicatis illis canonicas requisitis, praesumendum est peritum ad normas medicinae legalis respondisse, prout rationes ab ipso expositas intelligere sinant. Animadvertisendum tamen est tum doctrinam tum iurisprudentiam canonicam hac in re hodie non esse constantes. Unde tota haec quaestio iure naturae solvenda est (J. R. KEATING, *Marriage of the psychopathic Personality*, Separata, pag. 20). Tali modo contrariae sententiae componi videntur. Iuxta aliquos (v. gr. PICKARD, *Judicial experts*, 1958, pag. 164) iudex non debet a peritis quaerere num illi matrimoniale consensum validum vel invalidum habeant, sed potius num actus contrahen-

ti imputabilis fuerit vel num contrahens delicti vel suis negotiis fungendi capax fuerit. Juxta alios vero (v. gr. HAYES, *Mental disease and the ecclesiastical Courts* "The Jurist", 1956, pag. 280), peritus interrogari potest non modo utrum contrahens tempore celebrationis matrimonii sanae mentis fuerit, sed etiam, utrum mentalis morbus tunc existens talis naturae fuerit ut illum incapacem valide matrimonium celebrandi reddiderit. Iudici igitur interroganti iuxta hanc postremam sententiam peritus recte respondit.

*Quarta difficultas:* Peritus concludit amentiam evidenter momento celebrationis matrimonii exstisset ex demonstratione amentiae antecedentis. Nam licet dicat medicos a se allegatos aegrotum pro curatione tum ante tum post matrimonium tractavisse, illi revera solummodo de factis longe ante matrimonium observatis deponunt. Et licet alios testes alleget illorum scientificus qui ad proprium studium recurrere tantummodo potest, rationem habere non poterat. Ergo periti conclusio temeraria, immo, falsa dici debet, nam concludi tantum poterat: momento celebrationis matrimonii amentia exsistere potuit.

*Responsum.* Erronee omnino dicitur peritum amentiam concomitantem ex amentia antecedenti tantummodo deduxisse, nam:

a) Agebatur de casu in quo caetus 5 medicorum qui historiam clinicam simul cum examinibus complementariis accurate perpenderunt, iam die 28 novembris 1956 concludere poterant: "Consideramos el caso de pronóstico reservado" (Fol. 8). Et illi hoc dicebant "por la posible recurrencia en él de sus mismos estados patológicos y por la imposibilidad de esperar una recuperación total de la atrofia cerebral" (Fol. 73 versum, n. 8).

b) Medicus Humbertus Roselli conventum inde a mense octobris 1956 usque ad mensem martii 1957 pertractavit; medicus vero Octavius Villar tum ante tum post matrimonium, conventum curavit (Fol. 73, n. 6; fol. 1 et fol. 31 versum, n. 23 comparatum cum fol. 40, n. 4).

c) Votum medicorum Villar et Roselli circa amentiam concomitantem recte peritus anamnesi conventi et depositione testium non medicorum confirmat. Assertum Vinculi defensoris iuxta quod "En cuanto a las afirmaciones de los demás testigos (no médicos) no podían ser tenidas en cuenta por el 'científico'; ellas pueden ser de utilidad como 'signos' para el Juez, pero no han sido obtenidos por el médico como fruto de su estudio" (Fol. 133 versum, b), est omnino gratuitum, immo, erroneum. Ad normam iuris canonici "peritis, ut iudicium suum recte facere possint, *omnia causae acta* (proinde ergo depositiones testium non medicorum), quae instructori necessaria aut opportuna videantur, remittenda sunt" (Instruct. S. C. de Sacramentis, 15 augusti 1936, art. 147, § 2. Cfr. verba Van OMMEREN quae infra allegantur). Psychiatrae forenses vero sequentes normas sequuntur: "No debe uno contentarse con la anamnesis (historia anterior del enfermo) que el enfermo describe, sino que hay que tratar de comprobarla y completarla mediante informes de los parientes, amigos, patronos, etc... Para la forma

del informe pericial... en la introducción repite el perito las preguntas tal y como se le han formulado y después añade a base del material el resultado del examen del sujeto explorado. Pertenecen a este material, en primer lugar los autos que, como es natural, deben ponerse a disposición del perito; es un abuso que esto no se haga a veces, por motivos secretos... A continuación se agregan las declaraciones que el perito considere necesario obtener de los parientes, amigos y patronos" (J. WIRSCH, *Psiquiatría forense*, 1949, págs. 341-343). "To form his opinion the expert needs as much data on the pre-psychotic personalis ty as possible... The expert, however, is not allowed to collect thi material himself. He cannot put questions to the plaintiff and the witnesses. He must rely on the data supplied to him by the acts of the matrimonial curia, the brief of the plainntiff and the depositions made before the instructing judge" (ALLERS, art. cit., pag. 327).

*Quinta difficultas.* Dolendum quod in casu nostro peritus aegrotum ipsum haud examini subiecit, nam examen hoc efficaciorem informationis fontem constituit. Fatendum quod hic, transacto celebrationis momento vel tempore, parum inserviebat, eo quod ageretur de psychosi maniaco-depressiva.

*Responsum:* Conventus in casu non fuit a perito examinatus tum quia agebatur de psychosi maniaco-depressiva et iam quinque anni transacti fuerant, tum quia iam a suo morbo omnino recuperatus videbatur. His in adiunctis examen inutile erat. At hoc minime obstat quominus evidentia in casu haberri adhuc queat. Nam ut ait Van OMMEREN, "quite often it will suffice to have the expert make a careful examination of the judicial *acta*, i. e., the testimonies of the parties and witnesses, previous medical records, and the testimony of doctors who had examined the person previously. The judge in bound to allow the expert to study the *acta* of the case" (O. c. pag. 216). Quae omnia in casu bene habebantur.

Constat igitur ex actis et probatis: 1) Contrahentem Iosephum in ipso actu celebrationis matrimonii psychosi maniaco-depressiva affectum fuisse; 2) Constat insuper psychosim illam concomitantem tan gravem esse ut contrahentem capacitate matrimonialem consensum praestandi vere privaret.

Quibus omnibus tam in iure quam in facto rite perpensis, Christi Nomine invocato, nos infrascripti iudices, constituentes collegiale Tribunal ad hanc causam, pro tribunali sedentes et solum Deum piae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiam, ad propositum dubium respondentes: **AFFIRMATIVE**, seu constare de nullitate matrimonii in casu ex capite defectus consensus, ob amentiam viri. Iudiciales expensae condonantur. Ita pronunciamus mandantes omnibus nostris iuridicis rogantesque Ordinariis locorum et ministros Tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostran definitivam sententiam, et adversus reluctantibus procedant ad normam Codicis I. C., praesertim Tit. XVII, Lib. IV de exsecutione sententiae, iis adhibitis exsecutivis ac coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis esse iudicaverint.

Datum apud Sanctum Aegidium, die VII novembris, anno 1964.